



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

caput quintum. De Picardis & Calixtinis eorumque errore: deque iis  
moribus qui Luthero exorto & religionis mutationem aggresso in Bohemia  
existerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

gia reuertenti, Rokyzana cum Clero suo obuiam processit, magnam pompam ducens, & habita oratione de fausto ac felici reditu est congratulatus. Rex autem haereticum & pestiferum hominem toruis oculis inspiciens, nullas ei gratias egit: ubi vero Catholicæ Ecclesiæ Sacerdotes, sacra ferenates, occurserunt, Hos, inquit, *Dei ministros agnosco*. Et ex equo desiliens, consalutatis omnibus, sacram crucem oculatus est. Licet vero quæm Ladislai Regis pietate, & exemplo, tum Franciscani cuiusdam Monachi, à Pontifice missi, sermonibus Catholicis ritus in Bohemia & Moravia pauplatim resuscitare inciperent; vna tamen nec opinata Ladislai mors Anno 1457. X. Calend. Decembr. omnem spem euertit, & susque deque omnia miscuit, Veneno intereratum suspicio fuit: cuius culpa quidam Rokizanam affinem fuisse dicunt. Defuncto Rege, multis regnum ambicibus tandem Baro quidam Gyrisko de Podiebrat Bohemus, Rokizanæ postissimum & Hussitarum opera Rex electus fuit, frustra Catholicæ stam Bohemis quam Moravis & Silesijs secesso opponentibus: quos nouus Rex Georgius (hoc enim ei nomen erat) vi & armis imperata facere coegerit.

Georgio, Hussitica labe infecto, regnante, Haeresis in Bohemia caput plae extollere ac triumphare coepit. Tum Praga urbs duos Archiepiscopos, Catholicum unum, Hussitam alterum, non sine tacti monstri detestatione vidit. Rex nihilominus ad Papam Pium II. Legatos misit, qui suo tamquam Christiani Principis nomine obedientiam ei praestarent, ea lege, ut pacta conventa (que Compactata vocant) Bohemorum, & imprimis de utriusque specie communione, Pontifex approbaret. Quod, ubi Papa denegavit, oratores re infecta domum reversi sunt. Rex hoc indigne ferens, indixit generalem totius regni conveatum ad quem & à Papa missus fuit Apostolicus Legatus. Quum vero Rex ad Ecclesias obedientiam redire nollet, à Pio primum, deinde à Paullo II. quoque illius successore excommunicatus, & Bulla in Cena Domini insertus est, publice etiam Christianorum crucifixatorum, contra ipsum pronunciata expeditio, & Matthias Hungariae rege in ipsius locum succedere iusso. Sic duorum istorum, varia fortuna diu inter se belligerantum, contentiobus Bohemiae regnum misere discissum fuit, & multis calamitatibus vexatum.

Tandem adigente conscientia, Georgius Rex

à Saxoniz Ducibus petijt, ut ipsorum intercessio ne cum Pontifice reconciliaretur; aut imperaret saltim, si excommunicationis contra ipsum latam sententiam tollere omnino nollet, suspenderet saltim quoad ipse audiretur. Sed quemadmodum Ecclesia neminem è gremio suo excludit, sic in ijs quicunque semel exciderunt recipiendis, cunctanter & prudenter agit. Pontifex tamen in hac petitione minime difficultem præbuit, & de causa ipsius, ut & pœnitentia, cognitum se promisit. Sed antequam revertentes ex urbe Legati, rex Georgius morbo consumptus obiit: post cuius mortem inter Mattheiam Hungariae Regem, & Uladislauum Casimiri Poloniae regis filium, magna contentio de regno certatum fuit, facta tandem eius divisione, ut Moravia, Silesia & Lusatia Marchiæ cedent, reliquum penes Uladislauum maneret. Hic exitus fuit Georgij, qui ex haereticis primus & ultimus Bohemiae rex fuit: quæ tot tantisque malis fessa, sub Uladislao & Ludouico regibus postea Hussitis religionem suam exercendi libertatem & pacem indulxit.

## DE PICARDIS ET CALIXTINIS

corumque errore: deque ijs motibus qui Luther exorto & religionis mutationem aggresso in Bohemia extiterunt.

### CAPUT V.

#### ARGUMENTUM.

- I. De Calixtinis, & eorum circa utramque speciem in Eucharistia Sacramento errore, ac argumentis.
- II. De Picardis, & Lutheri de ijs iudicium.
- III. Lutherus mutata sententia, Picardos fraternitate dignatur
- IV. Bohemi Lutheri & Lutherana doctrine defensionem suscipiunt.
- V. Ferdinandus leges contra Hussitas & Calixtinos.

- I. BOHEMIA regno vehementer afflito, tamquam corpori male affecto, qui sequuti sunt reges quiete aliqua potius quam violento remedio opus esse iudicantes, ac simul Hussitarum in-

terdictum & clausum subvenientem, ut permissum

Spaniam

santiam lenitate quam asperitate facilius sanatum  
iri sperantes; pacem ei ritusque suos sine ulla in-  
terpellatione colendi licentiam concedendam  
statuerunt. Hi vero cum & postea Calixtini dici-  
ceperunt, quod de Calice in Eucharistia, Laicis  
quoque porrigo, tamquam pro artis & fociis,  
pugnarent: quem etiam vel pictum vel sculptum  
ædium suarum vestibulis præfigere solebant, ut  
hoc quasi insigni se solos veros Christianos esse  
ostentarent, qui Cœna Domini ita uti à Christo  
instituta est, uterentur. Et hic quidem error po-  
stea longe latèque fuit disseminatus, & ionuinetas  
animas ab Ecclesia separavit. Hoc vero potissimum  
argumento quum isti, tum qui hodie eandem se-  
quuntur opinionem, uti solent. Numquid, aiunt,  
Christus in Cœna Apostolis & panem & viuum  
præbuit? (a) Numquid idem dixit, Hoc facite  
in mei commemorationem? Item Quotiescumque man-  
ducabis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Do-  
mini annuntiabitis, donec veniat. Et alibi: Quicunque  
manducaverit panem & biberit calicem Domini in di-  
agne, reus erit corporis & sanguinis Domini.

Sed folium veritate, ò Hussita, Lutherani, Ana-  
baptistæ, Zwingiani, Calvinistæ, & quoquot ab  
Ecclesia dissensistis unitate, qui omnes etiæ in  
reliquis articulis diversas admodum & inter se  
repugnantes sequimini sententias, in hoc tamen u-  
no quasi ore conspiratis. Veritate, inquam, folium,  
& videbitis si totam inspicitis Scripturam, hanc  
enim solam ducem sequi decrevit s. nullum repe-  
rietis fixum vestri munimentum erroris, multa ve-  
ro præsidia Catholicæ assertio, quicquid enim  
de Corporis & Sanguinis Dominicæ controversia  
desiderare & disputare potestis, id omnia ad capita  
fere quinque revocatur. Primum sunt Prophetia &  
Symbola futuri Sacramenti, in agno occiso ab o-  
rigine mundi unde vestitus est Adam, in arbore  
Vitæ, in agno Paschali, in manna deserti; in panis  
propositionis; in Sacrificijs & victimis Mosai-  
cis, in ipsis panibus, quos Christus præbuit in de-  
serto multis millibus, quæ omnes figura ut cæteræ  
Eucharistiam sub una solum manducabili, & non  
potabili specie, Sacramentum hoc daudum mani-  
festant Secundum est Promissio ipsa Christi de hoc  
Sacramento postmodum dando Joannis sexto, quo  
loco Sacramentum sui Corporis & Sanguinis ap-  
pellavit cibum & panem manducandum duode-  
cies, & eidem sub talibus nominibus expresso eau-  
dem penitus vim vivificandi, resuscitandi attri-  
butus, quam utrique specie manducabili & potabi-

li non nisi quater coniunctim expressæ, adjungit,  
clarissimo adversum vos Ultraquistas præjudicio,  
nisi forte, ut quidam vestrum fecisse noscuntur, qui  
scripturas, unde percellantur, negant, aut uti Cal-  
vinus, ajunt; ineptum esse, ut Christus iste apud Ioannem  
de Cœna sua ultima sui locutus, ut pote quæ tunc no-  
dum fuerat instituta, quasi nemo de re futura loqui,  
eamq; promittere, & ijs quibus promittitur com-  
mendare non possit! Ineptus igitur fuit, Calvinii iu-  
dicio idem Dominus, cum de Baptismo locutus est  
Nicodemo, de iudicio extremo, de regno cœlorū,  
deq; suam passionem, hac enim nondū erant cum  
de eis, qualia futura essent prænuntiabant. Dicerem  
hic: ò os impurum & maledictum! si quisq; qui at-  
tendit, digeiora in se nomina exprimere nō cog-  
retur. Sed & oppono Calvinio collegas sui erroris  
Bezam, qui contra Heshusum scribebas, uti & Pe-  
trus ille pseudo-Martyr fatentur, apud S. Joannem de  
cœna sua ultima Dominū fuisse locutū. Omitio per  
singula saecula exscribere SS. Patres & Cœlicilia quæ  
Salvatorē eo loco de Sacramento sui Corporis cen-  
sueront fuisse locutū, quorū is sane est numerus, ut  
iustum Ecclesiæ possint constituere Oecumenicū  
concilium. His accedit Paulus vas electionis & Do-  
ctor gentium, qui in omni lingua Græca, Latina,  
Germanica &c. loquitur hodieque ad ipsos mini-  
stros Quicunq; manducaverit, vel biberit. Tertium est,  
præcepto, de eo, quod sic figuratum promissumq;  
est post institutionem sumendo, imposita adulstis  
necessitas, quam nullibi clarius tenetis, quam illo;  
quem Catholicæ agnoscent apud Joannem loco ex-  
pressam, ibi lego & audio, quæ catæ nobis sit vita,  
quam cara resurrectio, tam appetibile oportere es-  
se nobis illud, quod xii. locis sub una specie & qua-  
ter solam sub duplice inculcatur. Et sane frustra al-  
ibi Sacramenti, ab omnibus adulstis sumendi, que-  
retis præceptum, quod alio loco scriptum non est  
cunctis impositum, nam illud verbū Bibite ex hoc  
omnes, fatue ad absentes extenditor, cum S. Marcus  
ab his, ad quos id verbum dictum est, ostendat fuisse  
impletum, dicens, & biberunt ex eo omnes, si igitur  
mi Ultraquistæ inter hos ultimæ cœna convivas  
accenses, cense parciure te iam ante 1600 annos de  
calice testante scriptura bibisse & noli accusare Ec-  
clesiam Catholicam quod tibi præcipiat id, quod  
iam bibisti. Vide quantum argumentum cui subtilitate  
profecceris, qui te Metempsychofios aut alterius  
Pythagorici erroris reum sic delirando declavisti.  
Et ut te domi tuæ nato arguento convenientiam, si  
omnibus de calice bibendum est, ita ut autemate

vis, cur infantibus recens natis calicem illum à Domino p̄ceptum non porrigitur? cur multos invalidos in agone constitutos, eorum Ministroū synagoga vno specie defraudatur ab abstēnijs? cur Virginibus, vni gustum pro probro alicubi, habētibus solum panem indulget Ministerium? quod tanta necessitate à Domino afferitis p̄ceptū, ut opinione p̄cepti, vniuersit̄ Ecclesiæ concordiam scindatis! De infantibus si mihi consuetudinem Ecclesiæ opponitis, nihil agatis, quoniam his olim una cum baptismo datum fuisse reperitis. Magnū illum Martyrem Cypriānum Lib. de Laps. imo Musculum vestrum in locis communib⁹ consulire, qui eam consuetudinem multis, ut piam & Christianam, extollit, et si Caluinus & Bullingerus de cena(s) aduersus Symmictam suum id ipsum condemnent, & de eis, qui ea consuetudine aliquando sunt vti, surpus errorū & impietatis pronuntiantur reatū. Quod vero argos aut abstēnijs, verecundisve aliqua specie se defraudentes toleratis, in hoc manifestos vos p̄evaricatores constitutis, qui quod docetis, non curatis, & propter arbitrium vestrum vel quodvis impedimentum permittitis violaris a vobis afferitū Domini p̄ceptū. Sed & frustra ab ijs verbis p̄fidium peritis, quibus Apostolus iubet, ut homo jemetur sum proberet, quasi illis infantes excludi, adulti censurant ad stricti nequaquam. Probatio enim quam Divus Paulus hoc loco requirit, ad animam spectat, vera Confessione & p̄nitentia purgandam, & à peccatis lauandam: quod in infantes non cadit; quos etiam hanc ob causam à communione non excludere potestis cum se probare nequaquam possint. Denique iam millies responsum est, Salvatorem ad corpus suum subpanis & vini speciebus consecraturum, non alios quam Apostolos in cena sua aduocasse. Quāmuis enim tunc etiam septuaginta duos haberet discipulos, etiam Mariam Virginem, Magdalenam, Martham & cōplures alias feminas, quae sequebantur ipsum; nominem tamen ad hunc actum preter Apostolos, vocauit. Quid Luterus asseuerat, (d) S Virginem numquā Eucharistia communione vnam. Et apud nos in Santonibus minister quidam à Nobili viro rogatus, vbi tum Beata Virgo fuerit. Ecce ubi, inquit nam suspendens, illa fuerit, quam ad colum, filia dicens? O iocum, non risu, sed ultricibus flaminis dignum! & tamen vel sic Catholicis seruientem, in stat confessionis ab aduersario concessa, quod Omnes dictum Christi debiendo non astringat. (f)

vti S. Cyprianus & alij SS. Patres vniiformi consenserunt cum Paulo Apostolo exponunt cum locum. Quisigitur ex dilectu illo non videt, Salvatorem hic non omnes absolueat alloqui fideles? (alioquin eam omnes eos aduocaret). Quartum est Sacramenti Institutio, qua multa in se complectitur, nimirum Materiæ constitutionem, eiusdem ut valide alijs eandem ministrare possint cum potestate Extradiem, Formam consecrationis, & eiusdem ab alijs valide usurpandæ legitimam, commissionem, Venique consecratotum Ablumptionē, de quibus ordine & brevissime nunc vobis cum possumus. Et quidem quod attinet ad Materiæ pro Sacramento Dominicī corporis electionem, cum ipsum manducari vllerat nostræ infirmitatis sustentandæ subsidium, p̄fissimus Salvator congruentissime Panem omnibus adultis, quibus parabatur, appetibilem, & Vinum plerisque mortalium non inuisum elegit, quā electionem suam in manus suas sanctas eadem assumendo declarauit, ac mox præsentibus omnibus Apostolis suis electis in manus porrigitudo potestatiue extradidit & illi tangendo potestatiue receperunt, vinum quidem in calice, panem vero velimmediate, vel, quod decorum est, in patena, vel orbe iacentem, neque enim rusticis motib⁹ in hiis est imaginari Dominicum meum honestatis omnis conditorem. Seruat fidelissime hæc emnia hodie dum Romana seu Catholica Ecclesia, quæ nullum vaquam censuit valide ordinatum, neque ordinat unquam Dei pro Sacramento hoc ministrum, nisi panem in patena, & vinum in calice extradat ordinandæ personæ: & ea tangendo potestatiue acceptate testetur, cū igitur nihil horum, quæ in scriptura tam diserte afferuntur, à vobis in Ministeriorum vestrorum ordinatione servetur, manifeste non solum p̄evaricatores vos confitemini scripturæ, & Dominicī instituti sed & ut nihil à vestris ministris Sacramenti efficiatur, impie causatis, quia plebem Sacramenti, quod nullum efficitis, aominibus in eis ludificatis, & tam plebs communicata inanis Sacramenti de vestramen tarecedit, quam inanis potestatis omnis ad id confidendum Minister vester accessit. Omitto alia vobis oggerere quæ vestri Ministri, in calice peccant, qui & cochlearibus, & salinis, & scutellis & nescio quibus non rebus, ministrando sunt vti; omitto ipsam materiam non raro peruersam ab ijsdem fuisse, cum suc-

Tt 2

cum

succū è pomis & pīris & alijs exp̄ressū pro genīmine vītis à Domīno assūpti, plebēiū dīficarunt.

Jam vero quod ad consecrationes, seu benedictionis formam cæremoniasque eius attingit, hic plane vos ultraquistas, Romana derriumphat Ecclesia; etiam solius scripturæ indicio manifesto: p̄am Christus Dominus & Magister noster in luminaribus ardētibus ad mensam suam paoem & vīnum tractavit, erat enim nox. 1. Cor. 2. accepto paue gratias egit. Luc. 22. & elevatis in cœlum oculis ad ad Deum Patrem suum Omnipotentem tique gratias agens benedixit, ut Sanctus Petrus in Missæ sue Canonice prescripsit: Sive ut verbo brevi idem expōnit Matthæus benedixit. 3 fregit ut Luc. Matthæus & Petrus consentiēter affirmāt, sive ut Marc. bener dicens fregit. 4. dedit discipulis suis, uti Matth. Marc. Luc. Paul. & Pet. confone testantur. dicens: Accipite & commendeat, seu manducate, uti Matthæus Paulus & Petrus, sive ut Marcus verbo absolvit: Sumite; forsitan mutandi panis præscripti habet: Hoc est Corpus meum ut Matthæus Marcus Lucas Paulus & Petrus testantur, nisi quod Sanctus Petrus particulam enim amplius à ceteris omissem ex pressit. 5. intentionem quam in dando hoc sacramento haberet, & veller agnoscet, nempe Sacrificij eterni; & eterni quidem dum per Sanctū Paulum ait, Donec veniat, mortem Domini annuntiandam esse. Sacrificij vero, in eo dum per Sanctum Paulum ait: Quod pro vobis tradetur & per Sanctum Lucam, quod pro vobis datur, nisi forte tam sitis rudes, ut quid inter vobis & pro vobis dari intersit non capiatis, quo casu vobis Grammatica magis opus erit, quā scriptura. 7. Deinde ut formæ eiusdem & ceremoniarum, quæ Dominus in sacramento efficiendo usurpaverat, potestas ad Apostolos intelligeretur valide trasferri, adiecit testante Luca & Paulo: Hot facite in meam commemorationem.

Observat hæc cuncta & exacte Sancta Roma na Ecclesia, atē temporibus Apostolorum sibi continuè tradita, nam nunquam Sacramentum hoc sine luminaribus in Mensa Dominica conficit, ut nostis, qui hunc ritum, tanquam in cœcuentibus blasphematis. Deinde cum multa gratiarum actio ne idem Sacramentum celebrat, dum & horas Canonicas è psalmis alijsq; scripturis pulcherrime cōpositas, recitat, & alios ad præparationē Missæ Sacerdotib; præscribit, & ab introitu Missæ usq; Oblationē, seu Acceptiōne panis & vīni multis modis & cæmonijs benedicit & frangit, & formam pa nis in Christi corpus mutandi plane vt Christus

pronuntiat; & intentionem Domini, pro viuis & defunctis offerendo, conseruat, & in ordinationib; Ministrorum diuinorum, potestatem videnti ea formā tradit, adeoque iubet, vt cum Episcopo ordinante tam Canōnem Missæ, quam formā consecrandi, recens Ordinati pronuntient, quorū omnium, nisi forte fractionem mechanicam panis, vos ultraquistæ nihil (si paucos Husitas demamus) tenetis; quanquam sepius pro fractione panis cōfert apud vos fieri scissionem, non fractionem congruerent sane genio vetro schismatico, vt qui scissuris nati scissuræ, seu schismatis amore hæreditatis. Postremò, a Christo Domino consecratorum absumptio plane eodem modo in Catholicæ Romanæ Ecclesiæ geritur, vt ab ipso domino gesta fuisse prohibetur. Ille consecratam speciem panis fracti suis porrexit, Sacerdos apud Catholicos legitime ordinatus cōmunicandis sibi creditis porrigit. Ille post speciem panis comedam calicē non consecratam suis obrulit, vt diserte S. Marcus assertit, dicens: Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Nempe illi quibus S. Matthæus narrat dictum esse: Bibite ex hoc omnes. Hanc vero calicem, ex quo sic omnes iusli biberent, biberunt, fuisse non consecratum; idem Marcus declarat, dum post verbum biberunt ex illo omnes, docet Dominum dixisse: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Patet igitur etiam ex vestris adeo iactans bibliis Apostolos ante consecrationem calicis nudum vīnum bibisse, quod de consecratio nūquām æquè potenter ostendentis, vt vobis Catholicæ de non consecratio remonstrant. Neque volo vt mihiogganiatis ex Catholicis Doctoribus qui forsan concedunt Apostolos consecratum bibisse. Nolo hos ex ore vestro audire, quibus ipsimet credere non vultis, modo ex scriptura sola vobiscom, vt elegistis, contendō, & nos vīno, pro Catholicis, si cum Catholicis mihi res erit, scio quomodo cum eo possim dissentiendo in uno capite sententiam dicente conuenire. Quod vero Apostolos tunc sacerdotes instituit, tradita eis sacrificandi potestate, vīsus ad eos his verbis, Hoc facite, patet, quod nō solum apud profanos scriptores, sed in Sacris (e) quæ oī; litteris sacrificare significat. Quod si verba haec ad omnes pertincent fideles, omnes fideles consecrandi haberent potestatem, quod nō c ipsi Ministri omnibus concessum volunt. dubia de hoc

e Leui. 193. Reg. 18. Ose. 2. Leui. 9. Num. 6.

Hoc mihi Lector? Attende primum quæsto & vide  
 An iij qui sub utraque specie laicis Eucharistiam  
 dandam censem, penes omnes consecrandi eam  
 aut administrandi potestatem esse velint? Contra  
 rium certe ipsa testatur experientia, quum ut apud  
 hereticos soli Ministri, sic apud nos soli sacerdo-  
 tes hanc sibi potestatem vindicent: & quidem hi  
 quum sacrificatores sint, Salvatoris nostri exem-  
 plo panem & vinum consecrant, secundum ordi-  
 nem Melchisedech, qui verus typus fuit Iesu Christi,  
 ut qui in sacrificio suo panem & vinum obulterit (f).  
 Et haec illa est figura eiusq; adimpletio, qua mag-  
 ni ille nominis ludorum Doctor, Rabo Samuel  
 motus, Christianam religionem amplexus est: (g)  
 Hinc etiam apud nos soli sacerdotes, tamquam  
 sacrificatores, sub utraque specie Salvatoris nostri  
 exemplo in Ecclesia communionem sumunt, cum  
 semper Missam celebrant, alias nequaquam ne-  
 quidem feria sexta sancta hebdomadæ, qua ve-  
 nulla sit consecratio, ita quoque nulla percipitur  
 sub utraque specie communio. Quid quidem ob-  
 servatur quam late pater Christiana religio, etiā  
 apud Graecos, per totum Quadragesimæ tempus.  
 In horum enim Ecclesijs sacerdos numquam nisi  
 solo pane communicat, exceptis feria septima &  
 prima seu Dominica: ceteris enim diebus non  
 consecrat: Dominicis vero panem cælestem seu  
 hostias, quibus ad sequentis septimanæ dies festos  
 opus est, preparat. Quemadmodum vero Christus  
 Apostolos docuit, quomodo in sacrificio illo cor-  
 pus ihu consecrare debeant, sic etiam reliquis  
 discipulis ostendit, quomodo id sub una specie in  
 communione debeant sumere. Numquid enim non  
 emunite à discipulis in fractione panis agnitus  
 fuist? Factum est inquit, S. Lucas, dum recumbet cum  
 eis: accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat  
 illis. Tum quidem Christum, iam secundo corpus  
 suum consecrati, Catholici Theologi sentiunt:  
 S. Chrysostomus certe (h) & S. Augustinus (i) in-  
 quunt, Discipulis oculos fuisse clausos, ne Salvatorem  
 possent agnoscere, donec panem ille consecraret. Non ergo  
 dubitandum esse quin hoc illud ipsum sit Sac-  
 ramentum, in quo agnoscendum se nobis Salua-  
 tor exhibeat. Sed quid opus est alijs argumentis,  
 quum omnium S. Ecclesiæ Doctorum & Partium  
 constans hæc sit sententia (k) Neque sane in totam  
 publicis quam privatis conuentibus seu con-  
 uicijs, quibus Salvator noster interfuit, pluries  
 quam ter hac consecrandi ceremonia vñs fuisse  
 legitur: ex quo facile intelligi potest, non vulga-

rem illam aut visitatam fuisse benedictionem. Et  
 de communione sub panis tantum specie intelligi  
 potest imo debet illud quod Lucas de discipulis  
 dicit (l) Erant autem perseverantes in doctrina Apo-  
 stolorum, & communione fractionis panis, & orationi-  
 bus; quod & postea in eodem capite latius expli-  
 cat. Et capite vigesimo quando dicit. Paullum &  
 fideles circame diam non esse congenitile ad fran-  
 gendum panem, absurdum sane fuerit de cibo  
 vulgari & visitato hoc intelligere: & duo Noui il-  
 li Apostoli Lutherus & Calvini idem de sua ca-  
 na explicant. (m).

Quoniam vero hoc nostra delapsa est oratio;  
 age controveriam hanc, ob quam non ignoro  
 complutes in hæresi, quo minus ad Catholicam  
 redeant Ecclesiam, detineri, crassa Minerua pa-  
 cis explicemus. Ac primo, quæro ex vobis, Hussi-  
 tæ, & quicumque utriusque speciei communio-  
 nem Laicis necessariam esse dicitis: Primi illi  
 Christiani, qui per Mundum obambulantes, vñz  
 cum viatico panem consecratum secum circum-  
 ferebant, vt eo vel ad martyrium alacrius subeun-  
 dum animarentur, vel ad animi solatium vteren-  
 tur, an ne corpus Domini nostri acceperint? Non,  
 opinor, negabitis, quum historia de sancti Ambro-  
 sij fratre, sanctam Eucharistiam secum por-  
 tante, vobis nota sit, vt & illa, quam S. Basilus re-  
 citat de duobus eremiti cultoribus, qui sacerdoti-  
 bus destituti, Sacramentum hoc secum assidue ge-  
 starunt, & ex suis ipsorum acceperunt manibus,  
 vt innumera martyrum Acta idem contestantia de  
 solo pane omittant. An hos vinum quoque conse-  
 cratum secum gestasse dicteris? At fieri id non po-  
 truit; & ad contrariam partem demonstrandum ar-  
 gumenta nobis suppetunt. Quapropter fateamini  
 necesse est, aut communionem sub utraque specie  
 non esse necessariam; aut primos illos Christianos  
 de corpore & sanguine Christi non comunicasse,  
 cum eo tempore primis illis Christianis panis Eu-  
 charisticus in manus dati soleret, que illi ita con-  
 secratum domum secum asportabant, vt ex Cypriani  
 scriptis aliorumq; plurium (l) patet. An vos idem de  
 vino illis dato vñlibi scripturæ aut pictum legitissim vel  
 vidistis? Nec sane circa multa incommoda hoc fieri  
 poterat. Panis Eucharisticus ad ægrotorum vñsum re-

Tr. 3 ser.  
 f Cyprian. g. Cabasil. p. Liturg. sap. 214. h. Chrys. hom.  
 17. op. imp. i. S. August. l. 3. de conf. Euan. c. 2. k. Theoph.  
 g. in Lut. ep. 59. l. Act. Apost. cap. 2. m. Luth. seru. de  
 Eucha. Calv. 4. In c. 17. n. n. Ep. ad Cas. pair. n. Tert. ad  
 uxore de laps. Epist. 5.

seruatum legimus: de vino nulla est mentio. Non quicquid concedere quod in primitiva Ecclesia, secundum temporum & aliarum circumstantiarum diversitatē, tam vnum quam alterum in vsu fuerit. S. Thomas, (n) qui non multo post Lateranense visit Concilium, in quo quæstio hæc ventilata fuit, sub utraque, inquit, specie communicare omnibus licet, sed non necessarium esse. Ob Manichæorum vero errorem, qui vinum exsiccabantur, sed effete nebrarum Principis, dicitantes Ecclesia communionem sub utraque specie instituisse ab aliquibus creditur (x) ut illo præcepto nefarij homines Catholici sese immiscentes detergerentur: quos acerrimus ille haereticomastix Augustinus nullibi tamen eō nomine reprehendit, quod sub una tantum specie communicariat, quia tamen reprehensione non caruerint, si tempore S. Augustini Communio sub utraque specie necessaria vel vñtata, vel præcepta à Domino fuisset. At si eidem Ecclesiæ ordinanti utramque tunc modo aliter vñsum fuerit, aliud quoque statuerit ei licet; quemadmodum nunc communionem utriusque speciei non necessariam esse declaravit, ob multa incommoda quæ inde possent existere. Ac primum, ne vinum consecratum in tanta communicantium multitudine effundatur. Deinde quod nonnulli ne odorem quidem, nedum gustum vini, præsertim metaci, quali Calvinistæ in suis Cœnis vñtuntur, ferre possunt. Ut enim mero bibis vino nihil dulciss; sic abstemijs nihil magis aduersum est, & noxiū. Tum etiam quod periculosum sit post eos bibere qui morbo aliquo contagioso sunt affecti. Nam & ipse noui in nouella quadam Ecclesia accidisse, ut complures ex tali haustu Veneria lois labem conceperint: sic ut quod Unionis Sacramentum esse debet, hoc modo divisionis & inimicitiae Sacramentum facile fieri valaret. An vero, ô Calixtini & Lutherani & Calvinistæ, numquam idem apud vos accedit? Annon Cœnis vestris (licet præ Catholicorum multitudine, vix integrum pugillum hominum vestra omnium complectatur religio) sepe homines assident, qui ab omni vini guttu & odore abhorrentes, pane tantum vescuntur? Audiuimus duorum è Germania Nobilium historiam, quorum vñb̄s aqua, alter pura imaginatione, ex Prædicantium suorum Consilio, pro vino in Eucharistia vñsus est, imo non defuerunt, qui pseudo-vinum ex pris ac malis expressum adhibuerint ministri, deficiente eos vino, quod pueri illud sub concione nocti epotassent, præceptum commu-

naturis. Quin si quando in Gallia contingat abstemios venire ad unam Calvinisticam, quid facit tum Minister? Nimirum nihil aliud, quam quod communicantem protestati uabet, id non ex Papistica aliqua superstitione, sed naturæ suæ imbecillitate fieri. Non nulli vero vitrum seu poculum ori quidem admouentes, bibere se simulant, quum tamen retento spiritu, ne guttulam quidem educat; filii præcipue, quibus multis in locis vinum bibere probossum est. Nescio quidem an ob hanc caussam in Palatinatus quadam Synodo deliberatum fuerit, an ex à communione ieu Cœna plane sintarcendæ atque excludendæ (y). Sed & aliam longe grauissimam caussam sapientis mater habuit Ecclesia ob quam sub una specie communionem populo præcepit: quod nempe præsertim in regionibus Septentrionalibus, & non ita pridem Nouo Orbe repertis, vinum difficile aut etiam plane non possit comparari. Aosta in Ierum Indicarum historia restatur, videlicet lagenam vini exiguum trecentis scutaris eintam: & nos quoque sequentibus libris ostendemus, in quantis difficultatibus Genevensis Ecclesiæ colonia, in Americam ad disseminandum nouum Euangeliū frumentis, eandem ob caussam versata fit. Tanto vero maius ibi periculum futurum sit, si ad cœnam eiusmodi strenui potatores accurrerint. Certe in loco quadam non procul ab hac urbe Minister quidam non sine stomacho auditoriis suis pro concione publice exprobauit, esse quosdam qui Cœnæ se ingerant, tantum ut vitro vini pleno fauces & pantes suos proluant: non aliter quam in profano symposio. Et aliud quidam in Beneventi ditione non sine causa graui iracundia exarbit, videntis plenis fauibus communicantes se ingurgitare. Idem non sine horro Antwerpia se videlicet Schlusselburgius testatur (z). In illis quidem regionibus viuum ob summam eius inopiam, ad sacerdotum tantum vñsum in Eucharistia diligenter asservatur. Quid de magnis prochis dicemus? qualis est Lutetia S. Eustachii, in qua circiter triginta aut quadraginta sunt millia communicantium: numquid totis cadis vinum ad altare aggregere necesse sit? Etsi enim in nostris Ecclesijs vel viuum vel aqua plerique offerantur, vix tamen quisquam oblatum sumit. Vnde vero in Iaponia & alijs

u i p. q. 8. ar. 2. x S. Leo ser. 4. de Quadrage.  
y Rescius in Atheis. de Trinit. z Lib. 3. Theol. Calu,

alijs Novi Orbis regionibus, vbi Vitis ignota est tanta vini copia peti possit. Multa sane Grecis hic communicandi mos incommoda multaque confusiones peperit, quamvis exigua tantum guttam, tantam quantam extremus cultri mucro sustinere possit, communicantibus cochleari præbeant. Eadem fere ac maiora incommoda Hussitæ in Bohemia experti sunt, vt qui non pitillant, sed Germanorum more liberaliores haustus amant. Cum enim ex Iacobelli Consilio, prima etenim vi no celebretur, & quadraginta vel quinquaginta circiter personarum millibus distribueretur; quam tu alias putas templi illius, quam popinæ cuiusdam madidæ faciem fuisse? Haec vero incommoda circa panem euenire non possunt: qui & vbiique obuius est & parabilis, & sine periculo & distribui & diu asservari potest. Sed quid tu dicat aliquis. An Theologi potius quam Historici personam agis? Ad oleas ergo redeo; sperans huic meæ euagationi eos facile veniam daturos, qui norunt quam altas error hic in multorum animistadices egerit, adeo ut hanc vnam ob caussam cum Catholica Ecclesia in gratiam redire cunctentur; quem quidem nos sancto veræ religionis zelo inflammati, & delibare & refutare pro virili conati fatus.

II. Calixtinis errorem suum pertinaciter defendantibus, post multa & cruenta bella, tandem liberum permissum fuit religionis exercitium, in nullo à Catholicis differentis, quam quoad Calicis, & Euangelij vulgari lingua in Missa recitandi usum. Eos nihilominus Ecclesia hæreses condonauit. Ut enim qui è nau in mare excidit, quavis aqua o valde profunda sit, nō minus madefit, quam qui in profundum prolabitur gurgitem: sic non minus Hussita, in uno solo articulo, ab Ecclesia dissentiens, interitum sibi accersit, quam Lutheranus in pluribus Ecclesiæ contradicens. Porro Taboritis ad intercessionem fere deletis, noua seca antea incognita successit. Picardorum dicta, à Picardo quodam Gallo, qui è dissensa Valdensium veterum in Francia hæresicorum tunicae centones quosdam in Bohemiam asporauit. Hi contra Hussitarum mortem, præter Biblica scripta nihil recipiunt, sacerdotes & Episcopos, ut olim Apostoli Matthiam, forte legunt. hoc modo (a). Nouem è suis eligunt, quorum nomina in scedula inscribunt: tres vero, quorum nominibus vox Est adscripta reperitur, ad munus designantur, qui modus etiam hodie ab eis usurpatur. nulla apud eos celibatus lex est, aut

professio; quamvis plerique si Theologiae Moscovitæ auctori credimus, (b) primum castitatis votum seruent. Mortuis nullas faciunt exsequias: dies festos & ceremonias habent per paucas. Hi à Bohemia regibus Moravia cieci, in VValachiam commigrarunt: in Francia vero nostra alicubi adhuc VValdensium exstant reliquæ, à quibus illi ortum duxerunt. Quamprimum vero fama de Lutheri conatibus in mutanda religione percrebuit, Hussitæ magnam in spem erexit: sunt, hunc diuinus esse misum qui res ipsorum tum vehementer afflitas, restauraret. Lutherus econtra, indignabundus quod pro Hussita haberetur, protestatus est, (c) se cum ipsis nullo modo sensire, neque umquam sensurum, vt qui sua iporum auctoritate schisma fecerint, & ab Ecclesia recesserint obediens. Idem de Picardis quoque iudicium pronunciauit; de quorum auctore sic loquitur. An credendum est, inquit, hæretico? qui ante quinquaginta annos demum aduersus tot sæculorum fidem & doctrinam falsam esse dicit: nec ulla afferit argumenta & probations, quam suum illud. Non credo. Et alibi, nullum umquam, infelices illos hæreticos Picardos rebus suis auxilium à se sperare iubet: quos & nominat diuininominis blasphematores, & Christi proditores. Rursus alio loco intelligere se ait, tria esse sectariorum in Bohemia genera, inter quos estiam sint Picardi, quorum de Eucaristia sententiam scripta que viderit, facile prodant, vt qui veram corporis & sanguinis Iesu Christi in Eucharistia præsentiam minime credant: coque à se pro hæreticis haberi.

III. Posteaquam vero Lutherus ab aduersariis vindicque se obsecrum & ijs difficultatibus de quibus numquam cogitata, circumuentum vident, vt (credo) tutus ipsi in Bohemia (quam proscriptus parum absit q. in statim petierit) esset receptus, infamem palinodiam canere non dubitauit (d). Felicem Bohemiam appellans, que à Romana Ecclesia cesserit, & de medio Babylonis egressa, numquam eò sit reuersura. Hussitas quidem à se hæreticos appellatos, sed eo tempore quo Papæ nonnulla concedenda esse adhuc existimari. Iam vero aliter erga ipsos esse animatum. Nomen ipsorum sibi tum odiosum fuisse, quum Papam Antichristum esse nondum cognouisset. At iam accesso diuinitus in Mundo Euangeli lumine, longe aliter de ipsis iudicare. In Epitola vero ad Bohemos

a Sleid.lib.3. b fol. 96. c Tom.1. decla. dec. præc. pag. 22. & Tom.1. Ien. pag. 21 & in Disput. Lipsiensi. d

Bohemos scripta, eos horcatur, ut cænam Domini retineant integrum. Ut Hussi Pragensis memoriam feruent inuiolatam: sed licet tota Bohemia deficiat, se tamen Hussio doctrinam esse celebraturum ad omnem posteritatem. Et quamvis non omnia sint apud ipsis recte constituta, non tamen defuturum esse Deum, qui suo tempore fidem aliquem ministrum & religionis emendatorem sit ipsis excusatus, modo constanter agant, & Pontificatus Romanus turpitudinem ac impietatem longissime ab se repudient. Vides, opinor, quam alacrum cum Bohemis Lutherus egerit, quos ut in nassam suam illigeret, libellos suos in Bohemicam lingua versos Pragæ magno numero disseminauit, & Bohemorum pseudo apostoli Constantiæ exusti prophetae amplius. Ego, inquit, (e) Doctor Martinus Lutherus, indignus Domini nostri Iesu Christi Euangelista, dico, S. Ioannem Hussium de me loquuntur esse, quando dixit: *Vos iam assabitis anserem, sed post centum annos Cygnus veniet, quem non assabitus.* Quid multis? Tanta fuit Lutheri vix exorti per Bohemiam à Scholaribus ab ipso submissis concitata exspectatio, ut velut in alterum illam magnum Prophetam, a bisorum loane et tanquam præcursor præmonstratum, omnium animi essent intenti. Hic itarum Bohemiarum erat suum ordiente hæresin Luthero.

IV. Rebus in Bohemia pacatis permanentibus tunc quidem graues in Hungaria turbæ excitatae sunt, rege eius Ludouico, filio Vladislai Regis anno M. D. XXVI. IV. Cal. Sept. sine prole mortuo & magna parte Nobilitatis à Turcis in prælio occisa: Bohemii tunc vicinorum clades sapientiores facti, turbis abstulerunt. Quum vero Smalcaldi cum fedus cuderetur, de eo amplectendo nonnulli Consilia inierunt: quæ tamen Ferdinandus rex prædilectissimus, qui Ludouico succederat, mox disturbauit, adductis ex Hungaria & Silesia in Bohemiam copijs, & in ipso quoque regno conscripto exercitu, quo contra Protestantes viceretur: ægre admodum id ferentibus Bohemis, eo quod cù Saxonica domo sibi intercederet, fedus violari caussantibus; sed re vera religionis tantum causam spectantibus, cuius caussa obedientiam, quam regi suo debebant, abijcere non verebantur. Nam etsi Hussitarum & Calixtinorum religio à Catholica quam à Lutherana proprius ab sit; haec tenustame amicitiam cum Protestantibus colere & Consilia clam communicate numquam destiterunt. Et mos est omnibus qui ab unitate Ecclesiæ semel excederunt, ut, quamvis in diuersas distracti sint factiones, ijs contra Ecclesiam sceladigant, quos

sciant eodem ab ea iudicio & decretō esse damnos. Quia vero de patriæ agi libertate plerisque persuaserant, etiam è Catholicis quoddam ad fundus suum pertraxerunt, constituto eius duce Gaspare Pflugio, qui Mauricio Saxoniam oppugnanti, se se opponeret. Captis dein Saxone & Landgravi, ac bello Smalcaldico finito (vt præcedenti libro diximus) Ferdinandus Rex proceres aliquot Bohemiarum Pragam ad se euocauit, tamquam læsæ Maiestatis teos: qui multorum precibus & intercessione impetrata venia, his conditionibus in gratiam recepti sunt; ut ab omni fædere discederent, vt priuilegia & documenta omnia, ut & tormentarium apparatus & arma, itemque quos tex vellet, captiuos traderent. Ex nobilitate quidam citati, quum ad diem non adfuerint, lata sententia, famam, fortunas omnesque vitam commissile pronunciari sunt: Gaspar vero Pflugius læsæ Maiestatis damnatus, & in eius caput aureorum millia quinque præmium constitutum fuit.

V. Bohemis ad officium reductis, Ferdinandus Rex edito promulgato mandarat, ne quid in Sacramento Eucharistiae administrando mutaretur, sed verus Ecclesiæ forma obseruaretur. Eo perterriti Picardi, cum Pastoribus suis in Poloniam abierunt. Horum vero unus Rohita nomine, in Moscouiam concessit, ibique cum Græce Religiosi sacerdote, præsepte & audiente Magno Duce Basiliide, disputatione habita, mox inde tamquam hæreticus fuit expulsus. Colloquium hoc siue disputatione adhuc exstat, Spiræ impressa, non dubiam Picardo victoriam assignans: cuius Apologiam postea edidit Lasius Lutheranus. Sic nempe homines ceteroqui animis & opinionibus valde dissidenti, quamprimum ab alijs aliquem suorum hostiū impugnari animaduertunt, Consilia & vires coniungunt. Sacerdotes quoque maritos Rex Ferdinandus regno excedere iusit: quorum magna pars ut & aliorum, vxores & familiam secum ducentes in Saxoniam & vicinas regiones profugerunt. Eos & Melanchthoni scripto consolatus est, & Lutheri passim tamquam fratres receperunt. Quamuis autem optimates & ciuitates Bohemiarum Ferdinandum assiduis precibus sollicitarent, ut Edictum illud de religione mitigate vellet Anno 1554. nihil tamen aliud responsi rularent, quam velie se ut Editis suis obtemperet,

*e Glos. in Edict. Imp.*

Sicut

Sicut vero recentium vulnerum cura facilis, at eorum quæ iam coiisse & cicatricem quodammodo obduxisse videntur, difficillima est: eo quod plerumque talibus malignum aliquid vleus adnatur; sic Ferdinandus quantu[m] omnia egerit, prauas tamen illas opiniones à maioribus acceptas, ex Hussitarum & Calixtinorum animis eripe-re non potuit. Qui vt restatum facerent, se ab Universali Ecclesia defecisse, in ædium vestibulis, vel scaenistris, iuxta insignia, itemque in templorum porticibus, Calicem pictum aut sculptum, ut supra diximus, ostentant: quasi ipsi veri essent Christiani, etiam sanguine Christi participantes, quo Catholicos priuatissime esse aiunt. In Biblijs ipsorum verba hæc, *Bibite ex hoc omnes*, aucteis litteris plerūque scripta cernuntur. Qui post Ferdinandum Bohemiam & vicinis regionibus imperaverunt, in primis Rudolphus II. Edicto prohibuerunt, ne in tota eumprimis Silesia, illa alia religio quam vel Catholica vel Lutherana admitteretur: sic vt Sacramentarij non minus quam Arriania aut alij hæretici, inde exclusi sint. Lutheranorum quidem magnus est ibi numerus cum Catholicis nihilominus pacifice vivunt. Vratislaviensis certe Episcopus unus fere Catholicam ibi magno animo religionem tuerut, non solum pro grege suo diligenter excubans, sed etiam lupos ultra aggrediens & fugans: cui Abbatestres cum primis utilem & fidem operam praestant, Glogoviensis, Grisenensis, & Aurienensis, Vidimus Bohemiæ statum, iam porro miserabilem Hungariam & adiacentes regiones perlustremus.

QVOMODO POST LUDOVICI  
mortem regno Hungariæ in factiones  
scisso, religionis status quoque concul-  
sus, & floreatissimum regnum ad  
interitum p[re]ne redi-  
ctum sit.

## CAPUT VI.

## ARGUMENTVM.

- I. Hussitarum in Hungariam irrumpondi conatus.
- II. Infelix Hungarorum dissidium & bellum intestinum.
- III. De principiis in Hungaria Lutheranis.

- IV. Eorum conatus, & Catholicorum oscitania.
- V. Persequitio contra Catholicos
- VI. Calvinista in Hungariam irreputi.
- VII. Diuersæ res in Hungaria gestæ.
- VIII. Quinam ex Hungaria proceribus Catholicim man-  
serint.
- IX. Hereticorum studium ad seducendum.
- X. Miraculum Eucharisticum Anno 1591.
- XI. Dalmatia, Croatia, Bosnia Catholica seruata  
est.

**I.** **S**EPTINGENTI & amplius effluxerunt anni, ex quo post suscep[t]am semel Christi religionem, Hungaria ab omni Hæretico assaultu immuniis perstigit. At tringita seprem ante Lutherum exortum annis Anno 1480 Hussiti quidam Prædicantes, regnante Matthias Huniade, e[st]d immigrarunt; sed vado tantum tentato, quum transitum nimis difficile reperissent, quiescendum sibi statuerunt. Ex ijs quidam nimis longe progressi, torrentis vi abrepti, in ipso conatu perierunt. Imperata enim audientia, quum petiissent à rege ut liberum suæ religionis exercitium permettere ipse vellet, Rex non minus prudentia quam fortitudinis laude insignis, interrogavit eos, quænam illæ esset religio quam adserrent, & cuius professio[n]em atque exercitium concedi sibi peterent. Dicitibus illam esse, quā Deus sanctissimis omnibus Ioanni Hussio & Hieronymo Pragensi reuelatit. Ergo, inquit Rex, noua est illa religio, quam u[er]e in regno meo disseminare cupitis, & contraria illi que in hoc regno semper viguit, ab eo tempore quo Christianafides Stephano regi primum annunciatæ fuit; ut i[er]iam illa quā Catholica Ecclesia per totum terrarum orbem amplectitur. At quifarr[er] ego nec possum nec debo, ut populum seducatis. Nec mora, iubet nouisistos Euangelistas ē Buda urbe statim, si[us] longiori disquisitione educi, & viuos unā cum libris suis, in terram defodi. Supplicij huius acerbitas fecit, ut id genus hominum facile post hac ab eiusmodi conatibus abstinerit, ut pote nullo Dei Spiritu sed humano instruatum, cum quonon facile tormenta vincuntur. Sane quoadvizit hic Rex, Catholice religioni in primis deditus, non vulgari felicitate floruit Hungaria regnum: quæ illo ipso tempore quo Lutherus infelicis schismati portam aperuit, & Munecri furor Germaniam peruersit An. 1525, quasi momento eversa fuit, Ludouico rege in p[re]lio contra Solimanum cum magna Nobilitatis parte occiso. A. 1526. iv. Kal. Sept. Meiquidem instituti non est, regni

V